CONSTI-
TVTIONES IN DI-
OECESANA SYNODO VVLA-
DISLAVIENSI, PRAESIDENTE RE-
VERENDISSIMO IN CHRISTO PATRE

atque Domino, D. Staniſlao Carncouio,
Epiſcopo VVladiſlauienſi
editæ,

Sub Pontificatu S. D. N. PII PA-
PAE V. ad Sacroſanctæ Sedis Apo-
ſtolicæ, & vniuerſalis Eccleſiæ
Romanæ gubernacu-
la ſedentis.

Cum Indice verborum & rerum
locupletiſsimo.

Acceßerunt Admonitiones quinque circa Sacramenta faciendæ, eodem Reuerendißimo D. Staniſlao Carncouio Epiſcopo VVladiſlauienſi auctore: lucubratio pietatis & ſanctitudinis plena, lectu cognituq; digniſsima.

Colonię, Apud Maternum Cholinum.
Anno M. D. LXXII.
Cum Gratia & Priuilegio Cęſareę Maieſtatis.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono

IN ARMA REVEREN
DISSIMI DOMINI D. STANIS-
LAI CARNKOVVSKI DEI
gratia Epiſcopus VVla-
diſlauienſis.

Cui mitis claro pro ſtemmate traditur Agnus:
Mite Vir ingenium, mitis vt agnus, habet.
Hunc pius emeritum Præſul Carncouius Agnum
Geſtans, virtutis ſemina pulchra iacit.
Nam quod erat Sanctus Craci Staniſlaus in Vrbe:
Hoc Staniſlaus Cuiauienſis adeſt.
Ille Vigil ſacrum curabat Paſtor ouile:
Curat & hic veri Paſtor ouile DEI.

Simon Goritius

PIVS PAPA V.

VENERABILI FRATRI STANISLAO EPIſcopo VVladiſlauienſi.

VEnerabilis frater, Salutē & apoſtolicā benedictionē. Spei, quā de te habuim⁹, abs te ipſo tuæ adminiſtrationis initio gaudemus eſſe reſponsū. Quòd enim Synodū Diœceſanā celebrāſti, in qua curaſti, vt totus Clerus profeſſionē faceret fidei Catholicæ; quod Seminariū ex decreto Tridētini Conc. inſtituiſti, & de mēſę tuę reditib⁹ dotaſti. in eo ieciſti muneris tui pręclara admodū fundamēta. Ex iſtis porrò p̄teritis officijs tuis in ſpē non dubiā venimus de futuris. Ad quę præſtādā nō egere te cohortatione cōfidimus. Sed tamē quia merita tua apud Deū creſcere cupimus, & exemplū tuū finitimis Epiſcopis ad imitandum propoſitum fore ſperamus: vt quanta maxima potes cura, & diligentia creditas tibi oues paſcere ac tueri, & eas, quæ aberrârūt, ad ouile Dominicum reducere ac ſanare

STANISLAVS CARNCOVIVS DEI GRATIA VVLADISLAVIENSIS ET POMERANIAE EPISCOPVS vniuerſo clero ſuo, à DEO PATRE & Domino noſtro, humanæque ſalutis auctore IESV CHRISTO gratiam & pacem.

IN tanta rerum omnium conuerſione, quantam oculis ipſi noſtris cernimus, non rarò cogitatum eſt à nobis, qui tādem factum ſit, vt hic eſſet in patria noſtra rerum ſtatus, quem nunc proh dolor, eſſe videmus, & ingemiſcimus: cùm præſertim tam firma ſolidaque initiò fuiſſent à maioribus noſtris, cùm Reipublicæ, tum religioni præcipuè, addita præſidia, vt ea vis erroris & hęreſum, perrumpere vix vnquàm potuiſſe videretur. Multos etiam

ADMONI=
TIONES QVINQVE
CIRCA SACRAMENTORVM
ADMINISTRATIONEM FACIEN-
DAE, AVCTORE REVERENDISSI-
ſimo D. Stanislao Carncouio, Epi-
ſcopo VVladislauienſi.

EZECHIELIS XXX. ET XXXIII.

Fili hominis, Speculatorem dedi te domui Iſra-
el, et audies de ore meo voluntatem, et annunci-
abis eis ex me: Si dicente me ad impiū, Morte mo-
rieris, non annunciaueris ei, vt auertatur à via
ſua impia et viuat, ipſe impius in iniquita-
te ſua morietur, ſanguinem autem eius
de manu tua requiram.

I. PETRI V.

Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, prouiden-
tes non coactè, ſed ſpontaneè, ſecundum Deum: neq;
turpis lucri cauſa, ſed voluntariè: neq; vt dominan-
tes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et
cùm apparuerit princeps paſtorum, percipie-
tis immarceſſibilem coronam gloriæ.

ACTVVM XX.

Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spi
ritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſi-
am Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

COLONIAE *Apud Maternum Cholinum.*
Anno M. D. LXXII.
Cum gratia & priuilegio Cæſariæ maieſt.

STANISLAVS CARNKOVVSKI VVLADISLAVIENSIS ET POMERANIAE EPIſcopus, Parochis, & Sacerdotibus, Diocœſis noſtræ, Salutem in Domino.

CVrauimus non ita pridem conſcribi materna gentis noſtræ lingua admonitiones Sacramentales, & eas typis excuſſas, peruulgari: quo ſic & ſacerdotibus Diocœſis noſtræ proſpectum, & Sacri Concilij Tridentini mandato eſſet per nos ſatisfactum. Quas cùm probarent viri quidam pij & docti, (imprimis verò Martinus Cromerus, quē nuper Sereniſsimus Rex noſter, vſus prudentiſsimo conſilio, Illuſtriſsimo & eidem doctiſsimo viro, STANISLAO HOSIO Cardinali VVarmienſi, in illius Epiſcopatu collegam & adiutorem eſſe voluit) ijdem etiam illi authores fuerunt nobis, edendi eaſdem admonitiones Latina lingua vt ne ſolius Diocœſis noſtræ, vel huius prouinciæ tantum finibus claude-

ADMONITIO CIRCA BAPTISMI SACRAMENTUM PER SACERDOTEM FACIENDA.

QVandoquidem fratres chariſſimi, Chriſtiana charitate impulſi, hunc in locum veniſtis, vt corâm intueamini, præcipuum hoc diuinæ miſericordiæ ſignum, & primum eiuſdem gratiæ ac benignitatis gradum, quem is pro bonitate ſua ineffabili, homini lapſo impartiuit: vt inquam intueamini, quo pacto hic Adami filius, ſit recipiendus per Baptiſmi Sacramentum in fidelium communionem, vt iam Dei filius, Chriſti frater, ciuis & hæres regni cœlorum eſſe queat: Hortor vos in Domino, vt poſthabitis vanis cogitationibus & colloquijs omnibus, quibus poſsint animi veſtri diſtrahi, & à tantæ rei cõſideratione ſuſpendi; perpendatis ipſi vobiſcum diligenter, quanta ſit hæc Dei charitas, & pluſquam paterna benignitas, quam pro magna ſua miſericordia declarauit antea nobis omnibus per baptiſmum, & nunc per gratiam ſuam huic infantulo declarare dignatur.

Attẽti ſint, qui adſtant baptizãdo.

No-